



**Francisci Monacelli Eugubini J. U. D. Protonotarii
Apostolici, olim Venusinæ, postea Æsinatis, ac demùm
Parmensis Ecclesiæ Vicarii Generalis, &c. Formularium
legale practicum Fori Ecclesiastici**

in quo formulæ expeditionum usufrequentium de his, quae pertinent ... ;
cum appendice plurium constitutionum apostolicarum

Formularii Legalis Practici Fori Ecclesiastici Supplementum - In Quo Non
Solum Omnes Feré Formulæ, quæ in præcedentibus tribus Libris
continentur, novis quamplurimis adnotationibus Legalibus Practicis, ac
Sacrarum Congregationum Responsis roborantur; verùm etiam nonnullæ
aliæ, quæ ad Operis ...

Monacellus, Franciscus

Venetiis, 1732

Implorationis Officii Judicis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62442](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62442)

minutione, obtinuissent, hærede Fior-
dalise reclamante Sac. Congreg. 9. Junii
1701. prævio recessu à decisis, declaravit
dd. Altaristas teneti celebrare ad formam
conventionis.

467 Et in alia *Affisien.* Cùm PP. Tertii Or-
dinis S. Francisci onus Missarum vigore
contractus suscepissent, & postmodum
reductionem peterent, propter inæquali-
tatem reddituum capitalis assignati, asse-
rentes contractuum effectum fuisse læsi-
vum, die 23. Aprilis 1701. Sac. Congreg.
rescripsit, *Oratores adeant Judices suos.*
Et in alia *Neapolitana* 27. Januarii 1703.
& in *Romana* 19. Aprilis 1704. contra
Beneficiatos Basilicæ Lateranen. Et sic
indubitatum videtur, quod Sac. Con-
gregatio Missas conventionales non re-
ducit.

468 Unde quoties hujusmodi contractus su-
sceptionis onerum Missarum, tractu
temporis injusti, & iniqui efficiantur,
propter nimiam inæqualitatem reddituum
assignatorum, ad onus susceptum, ade-
undus erit Judex ad hoc, ut illos reducat
ad justitiam, & æqualitatem, ut jam ibi
monui, juxta Theoricam *Card. de Luca*
de feudis, disc. 73. num. 5. & juxta moni-
tum Sac. Congreg. datum in dict. *Affisien.*
Imploratio autem officii Judicis, sic erit
facienda.

FORMULA

Implorationis Officii Judicis.

Die Comparuit N. Procurator
Rectoris Ven. Ecclesiæ N. prout do-
cuit de speciali mandato Procuræ, quod de
facto dedit tenoris, &c. coram Reveren-
dissimo D. Vicario generali N. & expo-
suit, N. Rectorem olim dictæ Ecclesiæ
sub die mensis anni su-
scepisse, & acceptasse onus perpetuum
Missarum quolibet anno pro suffra-
gio Animæ N. celebrandarum cum rece-
ptione capitalis, seu fundi pro dicto one-
re suscepto, annui redditus scutorum
prout constare asseruit ex Instrumento pu-
blico conventionis, & assignationis res-
pectivè desuper stipulato prædicto anno,

rogitū N. cujus copiam publicam facto
exhibuit, prout in filo, &c. Verum quia
tractu, & vitio temporis fructus, seu
redditus dicti capitalis pro dote assignati,
notabiliter, & sine ulla Rectorum pro
tempore culpa passi sunt diminutionem,
& oneri suscepto minimè nunc correspon-
deant, prout pariter docuit per examen
testium (vel per aliud genus probationis)
quod facto repetiit, &c. Et propterea
contractus sit hodie effectus injustus, &
valde Ecclesiæ prædictæ læsivus, ex quo
reperitur quodlibet anno in damno; im-
plorat humiliter officium Dominationis
sue Reverendissimæ Judicis Ordinarii,
pro rescissione d. contractus, vel saltem
pro reductione illius ad justitiam, & æ-
qualitatem, prout juris est, petens, &c.
omni, &c.

Cui instantiæ Judex interponat decre-
tum, quod citentur interesse habentes,
cum insertione supradictæ comparitio-
nis. Exequuta citatione, si nihil rele-
vans in contrarium deducatur, mandet
denuo citari. *Ad videndum impariri,*
& interponi Officium Judicis pro redu-
ctione contractus susceptionis oneris per-
petui Missarum, de quo in actis, & ad
justitiam, & æqualitatem illum reduci,
&c. Postea in termino dictæ citationis in-
terponat decretum, quod poterit concipi
modo sequenti.

FORMULA

Decreti.

Qui Reverendissimus D. Vicarius
Generalis Judex Ordinarius, in
termino citationis, &c. Visis juribus
productis, & consideratis consideran-
dis impariando, & interponendo suum
imploratum officium, dixit, & pronun-
ciavit fuisse, & esse locum reductioni
contractus susceptionis oneris Missa-
rum perpetui, de quo in actis, ad justitiam,
& æqualitatem, prout ita illum
reducendo, declaravit Missas in nume-
ro quolibet anno per Rectorem,
seu Cappellanos dictæ Ecclesiæ N. pro
suffragio Animæ N. in futurum cele-
bran-